esse ANGELELLVM Urbinatem ideo conicio, quod exemplum tituli n. 2169 omnino idem huic Angelello Manutius acceptum refert; accedit quod in libro Florentino praecedunt tituli Urbinates. Donius eo ipso libro videtur usus esse; nam non solum eosdem fere titulos similiter descriptos refert, sed etiam Arpajam agro Urbinati adscribit, qui error ex codicis Florentini condicione recte explicatur. — Lucas HOLSTENIVS quae in his partibus descripsit supersunt quamquam sine nomine auctoris in codice GVDII p. 219. 220, fueruntque olim in bibliotheca Barberina, hodie autem neque in ea reperiuntur neque inter schedas inde translatas in Vaticanam, unde in his standum est editis inde cura FABRETTII. — Montesarchiensia item Carolus PEPE d. 10 Aug. a. 1737 Alex. Symm. Mazochio misit. — De LETTIERII historia Suessulana bis edita a. 1772 et 1778 dicemus volumine X in capite de Suessula. — Praeterea huc pertinent tractatus Francisci DANIELE (*le forche Caudine illustrate* ed. 1 Neapoli 1778, ed. 2 Neapoli 1811, quae duae editiones simul adhibendae sunt), BARTOLINII (*viaggio da Napoli alla forche Caudine ed a Benevento e di ritorno a Caserta ed a Monte Casino*. Neapoli 1827 8. pp. 240), Iosephi MONTELLAE (*cenno storico e topografico della antica e moderna Airola*. Airolae 1848 8. pp. 104).

**2161** [= 1853] Montesarchii in domo Faustinae de Blasio PEPE. Hodie ad pedes arcus via Valletta.

FONTI · SACR
Q POMPONIVS RVFVS
ONTIF

Descripsi et ed. *Bullett. dell' Inst.* 1847 p. 26. Ios. Pepe misit Mazochio a. 1737.

3 S·PONTIFEX Pepe.

Idem nominatur in titulo Cirignanensi n. 2189.

**2162** [= 1852] litteris semipedalibus. Montesarchii in ecclesia S. Mariae Puritatis VERVS. In aede sacra Beatae Virgini nuncupata titulo puritatis BLANCH. Hodie ad ecclesiam novam *Piazza del popolo*.

IOVI
TONAN

Descripsi ego, recognovit Dressel. Verusius B. f. 1 (inde Pacichelli *lett. fam.* 1690 1, 47; de Vita I, 4); Fr. Blanchinius vidit a. 1702 (cod. bibl. capit. Veron. 353 f. 16); Car. Pepe misit Mazochio a. 1737; misit mihi Ferd. Colonna. Henzen 5649.

Antiquissimi duo plane sic dant ut nunc cernitur.

**2163** [= 1854] basis. Montesarchii ibi ubi est n. 2162 VERVS. PACICH. BLANCH. *Alla chiesa nuova, piazza del Popolo* BRVNN DRESSEL.

NYMPHIS
SACR

Descripsi ego, recognoverunt Brunn et Dressel. Verusius B. f. 1 (inde Pacichelli *lett. fam.* 1, 48; de Vita I, 27); Fr. Blanchinius vidit a. 1702 (cod. capit. Veron. 353 f. 16); Ios. Pepe misit Mazochio a. 1737; misit mihi Ferd. Colonna.

**2164** cippus litteris saec. III. Rep. prope Montesarchium, est ibi apud syndicum Michaelem Verrusio.

SEX · POMPEIVS MODE·
RATVS · PRO SALVTEM
SVA · ET SVORVM VOLVIT
ARA · DOMINO SILVANO
culter? vel hastae ferrum? APVI · GRATIAS REFEREN patera
DAS · QVOT SE · ET SVOS IN
COLVMES HABET · VOTVM
SOLVI · ET ARA DEDICAVI·

Dressel descripsit.

3 malim VOVIT. — 5 fortasse *aput gratias referendas* ita, ut male *aput* scriptum sit pro *ad*.

**2165** [= 1411] *Hoggi nel passare per Arpaia ebbi indicio che le pioggie passate col scavare le strade havessero scoverta una pietra grande con lettere intagliate, la quale feci scoprire con qualche fatiga e trovai questa bella e curiosa inscrittione, che V. Emin. vedrà nell' aggiunto foglio* [hoc folium hodie deficit]. *La gente del luogo restò attonita vedendo che il territorio di Benevento arrivasse anticamente fino a quel termine, cioè al mezzo giusto delle forche caudine, et io hebbi caro di cognoscere precisamente il sito dell' antico Caudio.* Ita HOLSTENIVS in epistula (ed. apud Garruccium diss. 1, 110, Ben. p. 78, mea autem causa ab Henzeno inspecta) data Benevento d. 12 Nov. 1637 ad card. Barberinum. 'Reperta Harpadii a D. Luca Holstenio anno MDCXXXVII [non 1670 ut referunt Pacca et Vita] XVII kal. Ian. misso ab Em^mo^ Franc^co^ Barberino ad scrutandas Samnii vetustates' VERVS. *Già dalle grosse piene delle piogge scoverta in Arpaia innanzi la chiesa di S. Agostino, ma non è molto per la stessa maniera ivi di nuovo celata* PELLEGR. 'Effossa ante sedecim annos Arpajae ad ipsum ingressum oppidi paulo sub ecclesia S. Augustini in via publica' GVD.

IVLIAE · AVG
IMP · CAESARIS
*l* · SEPTIMI · SEVERI · PII
PERTINAC · AVG · ARAB
ADIAB · PART · MAX
MATRI · AVGVSTI
ET · CASTRORVM
COLONIA · IVLIA
CONCORDIA · AVG
FELIX · BENEVENTVM
DEVOTA · MAIESTATI
AVGG · IN · TERRITORIO
SVO · QVOD · CINGIT
ETIAM · CAVDINORVM
CIVITATEM · MVRO · TENVS

Servavit unus Lucas Holstenius (vide supra). Citat is inscriptionem quasi ipse viderit in not. ad Cluver. p. 224. 266. 267. Ab eodem Holstenio videntur proficisci exempla Pellegrini (Camp. 1651 p. 745; inde Gud. ms. 791, 1), qui ex his partibus alium titulum nullum affert neque eas videtur peragrasse; Verusii B. f. 11, qui diserte Holstenio acceptam refert (inde Beneventani posteriores Nicastro 3 c. 3 'ex L. Holstenio'; de Vita p. 13 cf. p. 54 et cl. IV n. 2 ex schedis suis; Donat. 347, 7 ex Vita); Fabrettii 105, 248 ex schedis Barberinis; Gudii ms. 219, 1, ed. 93, 4. Orelli 128.

3 in. L· addidit Garrucci.

**2166** [= 1865] Arpajae in foro.

IMP · CAES
M · AVRELIVS
ANTONINVS
PIVS · FELIX · AVGVSTVS
. . . . . . . . . . . . . .

Vidimus ego et Brunn, sed legere non potuimus. Chaupy *maison d'Horace* 3, 483; Lettieri Suessola p. 116 ed. 1, p. 113 ed. 2; Daniele *le forche Caudine* ed. 1778 p. XIII (in ed. 2 deest).

Sic Daniele; CAES·M·AVR·ANT | PIV·FEL·AVG Lettieri; ...MP CAES | ...S..IVS | .... ego; '*grande pierre qui sert a battre le lin, à peine y reconnait-on le nom d'Antonin*' Chaupy.

**2167** [= 1866] Arpajae pars prior magni lapidis extat in aedibus Vincentii Lucarelli, altera est eratve in ecclesia Canonicorum. — Inter Neapolitanas una cum n. 2181 CORR.

quattuor coronae cum lemniscis
SEX · AEQVA | NIVS · SEX · F
STEL | LEG · XXX

Descripsi partem priorem. Corradus in auctario Neapolitanarum apud Manutium Vat. 5237 f. 281'; cod. Magl. 28, 34 f. 5 indeque opinor Donius cod. Vat. 7113 f. 51, cod. Barb. 30, 182 f. 51'; Fabretti 600, 14 auctore non indicato et Gudius ms. 219, 3, ed. 147, 2 (inde de Vita cl. VII n. 25), uterque, ut videtur, ex Holstenianis; Lettieri Suess. ed. 1 p. 106, ed. 2 p. 113; Daniele ed. 1 p. XIIII, ed. 2 p. 25.

2 STEIL Corr. — L|G Magl. Don.

## XLVII. *Vitolano* (p. 194).

ad n. 2136. Pro *Caulano* lege *Cantano.*

## XLVIII. *S. Agata de' Goti* (p. 196).

ad n. 2143*a*. Pro *Fragiano* lege *Faggiano.*

ad n. 2153. Bianchini cod. Ver. (non Vat.) 359.

## XLIX. CAVDIVM (p. 198).

ad p. 198. Monuit Kiepertus iam difficultates omnes sublatas esse novis dimensurationibus; scilicet mappae recognitae docuerunt Montesarchium a Benevento distare non m. p. IX, sed m. p. XII, quot intercessisse constat inter Caudium et Beneventum. Itaque Caudium eo ipso loco fuit, ubi est Montesarchio oppidum.

Apud Polybium 3, 91 qui collocantur in Campania mediterranea ad orientem inter Nolam et Campaniam Δαύνιοι, omnino Καυδῖνοι sunt, ut pridem observavit Holstenius. Nam Calatia, de qua alii cogitaverunt, et parva et Capuae proxima hic locum non habet; Caudium vero aliquamdiu caput gentis fuisse inde efficitur, quod ut Samnites Pentri et Samnites Caraceni, ita *Samnites* quoque *Caudini* fuerunt (Liv. 23, 41, 13. 24, 20, 4) et quod sive ab iis devictis sive a Caudio expugnato Lentulus cos. a. 479 agnomen adsumpsit (v. *röm. Forsch.* vol. 2 p. 295). Campaniae quod Caudinos tribuit Polybius, aliquatenus inde defenditur, quod tam Caudium quam Telesia comprehunduntur tribu non Voltinia Samnitium, sed Falerna Campanorum; ceterum in talibus optimi quique scriptores non raro errant.

Mea causa Dresselius nuper vallem Caudinam denuo peragravit. Frustra quaesivit tituli n. 2167 partem posteriorem, item n. 2169. 2176. 2181.

ad n. 2164. Dressel recognovit. 3 vere est VOLVIT. — 5 et APVI et APVT lapis admittit.

ad n. 2166. Dressel vidit in foro insertam margini viae; iam non superest nisi v. 1 et extremae litterae v. 2.

ad n. 2168. Fragmentum, quo continentur v. 1—5 extremi, vidit Dressel Montesarchii in foro iacens. — 4 III potius quam ĪĪĪ.

ad n. 2174. Recognovit Dressel; litterae pulcherrimae sunt et vetustae.

ad n. 2175. Airolae in pariete oratorii corporis Christi vidit Dressel; descripsit sic:

M · SEMPRONIO
SATVRNINO · AVG
M · SEMPRONIVS · M
N/ / / /D/MILRII/
P/ / / /O/ / / / / /

ad n. 2177. Intellegi vicum Rotondi inter Arpajam et Cervinaram monuit Dressel.

ad n. 2178. Recognovit Dressel. Est in vico S. Martini (a meridie Montesarchii) in muro exteriore hortorum patrum Reformatorum. Emenda sic:

C · CATIO · FELICI
C · CATIVS · C · F
(in muro latet) SEVERVS · urceus
ET · ALLIDIA
HELPIS
FILIO · OPTIMO

ad n. 2179. Non Airolae extare, sed inter Buccianum et Boneam monuit Dresselius, qui non vidit.

ad n. 2184. Recognoscens Dresselius repperit v. 7 BVS·XV·ORIS·XI.

ad n. 2188. Recognovit Dressel. Est basis marmorea extans Airolae in domo Falco. Emenda sic:

D · M
SEX · POMPEIO
ALCIMO · FRATRI
ET · SEX · POMPEIO
urceus DOMIT*o* · FILIO (in muro latet)
ET · BELLEIAE · RESTI
TVTAE · VXORI
SEX · POMPEIVS
DOMITVS sic

**6293** Montesarchii in foro magno in vestibulo aedium quarundam.

S POSTVMI · L *s*
SYNEROS · POSTVMI *l s*
AVCTVS · TARONI · L S
MAG · LARIB

Dressel descripsit.

**6294** Varoni prope Montesarchio in via Pini in poste aedium quarundam.

D A · VIBBIO · FELI M S
CI · Q · V · A · XX M
VIBBIA · PRO
CVLA · FRATRI
*b m* F

Descripsit Dressel.